



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Feudis. Tit. XX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

iudicibus delegatis, argum. cap. pro illorum 22. cum concordatatis a gloss. ult. ibidem de prebend. Sed nec hæc concordia placet, ex plerisque enim corrui, primo, quia non constat arbitris, quamvis ex delegata iurisdictione processerint, concessam esse potestatem creandi pensionem in titulum beneficii, ut patet; secundo, quia si in titulum beneficii pensio data fuit, oportebat illam fore perpetuam quoad accipientem, propterea est de natura beneficii, quod tamen text. ille negat, ibi, ita quod defuncto Priore, successor ipsius ad præstationem quadraginta librarum minime teneatur; & ibi, sed persona Prioris maneat obligata, &c.

Quare Soar. d. c. 5. §. 1. n. 21. præmissa distinctione inter pensiones spirituales, quæ dantur Clericis, quæ Clerici sunt, ad titulum beneficii, & inter temporales, quæ dantur ad effectum temporalem absque vilo titulo spirituali, de qua distinctione immediate egerat antea n. 20. rursus subdistinguit in sola temporali pensione, vel enim Prælati arbitri constitutus ex suo officio, & providentia iudicat expedire quod imponatur, & tunc licite potest temporalem pensionem imponere, dummodo hoc non faciat ad partis requisitionem, neque ex aliqua inter litigantes antecedente conventionione, & in hoc priori membro intelligit recte procedere dictum cap. nisi essent, sic ab omnibus intellectum, ut ille ait, expendendo verba text. ibi, hoc secundum providentiam intelligitur præceptum ex arbitrio potestare, & ibi, non quidem ex passionis partium, sed ex iussione iudicis, &c. Vel rursus Prælati arbitri pensionem temporalem imponit ad partis requisitionem antecedente inter litigantes conventionione, & tunc nullatenus potuit imponi, sed statim fuerat ab illo conventio reprobanda, & sic in effectu intelligit procedere text. in præsentia, & in d. c. 2. de arbitris, & in d. cap. cum pridem 4. de pactis, rationem differentie considerat, quia partium conventio speciem pravam habet, & cum in eadem spirituale, & temporale insimul concurrant, magnum est periculum quod ab ipsis partibus unum pro alio detur, iuxta reg. cap. ult. de pactis, cap. quam pio 1. q. 2. c. 2. cap. Mattheus 23. de simonia, secus dicendum in iudice, qui ratione proprii officii præsumitur rectam habere intentionem, cap. in præsentia 6. de renuntiis. Verum salua pace tanti viri, & sapientissimi præceptoris, eius distinctio sic absolute concepta recipi non potest, nam si attendatur nec in hoc text. nec in d. c. 2. proponitur quod ante arbitrorum iudicium, vel in ipso actu arbitrandi antecesserit conventio aliqua inter litigantes quod unus beneficium, vel aliud spiritualibus annexum retineret, alter vero temporale solueret, vel illud à Rege impetraret, sed hoc solum ab ipsis arbitris nulla præcedente conventionione fuit iudicatum, quod clare patebit si sigillatim intra hæc percurrantur.

His igitur, atque aliis explosis, cum rectum iter habeamus in re non multum difficili, non est cur de vios quaramus anfractus, & ita pro prædictorum iurium concordia dicendum est cum D. Thom. in 4. dist. 25. q. 3. art. 2. q. 1. in resp. ad 7. & 2. q. 100. art. 2. ad 5. & Soar. d. lib. 4. de simonia, c. 50. in princ. dupliciter contingere posse quod temporale detur adversario, ut liti cedat, vel aliter à gravamine desistat, aut enim is, qui dat ius, habet quæsitum in spirituali, vel annexo; vel rursus adhuc nullum eidem ius quæsitum est: primo casu pro bono pacis, vel alia iusta causa licita est datio temporalis, & in eo loquitur text. in d. c. nisi essent, ubi arbitri beneficii adiudicant illi, qui ius habebat, patet ex verbis text. ibi, habeat Prioratum, & ibi, secundum iustitiam videtur esse statutum; in secundo vero casu quando nullum ius quæsitum est, tunc neque etiã ex iudicium inferiorum auctoritate licere potest, quo

casu procedit text. in præsentia, nam cum in eo non constet ius decimandi ad P. pertinere, & res sit hinc inde dubia, simoniacum fuit arbitrium, quo P. maneat cum iure decimandi sub conditione si à Rege impetret pecuniam monasterio concedi, sic enim permutatio fieret de spirituali ad temporales, quod iure improbat, ut text. habet. Ratio differentie est, quia quando ius quæsitum proponitur, qui temporale dat pro bono pacis, vel alia iusta de causa, non dicitur spirituale emere pro temporali, quippe cum iam sibi quæsitum sit, solum remouet gravamen postea illatum super spirituali, quod suum est, ac subinde cum temporale non detur pro spirituali, nulla simoniae labe involuitur: longè tamen & omnino diversa contingit in secundo casu, quia cum dans temporale, spirituale ipsum de nouo consequatur, nullumque ante ius habuerit, iam propriè dicitur emere ius ipsum spirituale pro temporali, quod quidem iudicis præsentia cohonestari non potest, ut colligitur ex text. in præsentia.



De Feudis.

Tit. XX.



UPER hanc rubric. scripserunt Zabari Ioan. Andr. Imola, Anania, Anchar. Panormitan. Henric. Canif. Guillelm. Durand. in breuiario iuris Canonici, fol. 100. Petr. de Rauenna in compendio iuris Canonici, Martin. Mesnart. in epitome Decretal. fol. 113. Dan. Venator in analysi methodica iuris Pontific. a pag. 423. Goffred. & Hostiens. in summa huius rit. Alexand. Cassan. & Anastas. German. in paratilis ad quinque libros Decretal. Barthol. Carthag. in exposit. tituli iuris Canonici, Zypæ. in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag. 211. omnes sub hoc rit.

De hoc tit. particulares edidit tractatus Francisc. Sontheixius tom. 10. tract. Doctor. p. 2. fol. 123. Franc. Curt. imm. ibid. fol. 43. Iacob. de Ardinzone ibid. p. 1. fol. 225. Iacob. de S. Georgio ibid. p. 1. fol. 179. Ioan. Baptista Caccialupus ibid. p. 1. fol. 10. Petr. de Bellapert. ibid. p. 2. fol. 2. Petr. de Rauennates ibid. p. 2. fol. 10. Vdalricus Zasius, Martinus Freecchia, Matthæus VVesebecius, Gerardus Nigrus, Franciscus Duaremus, Obertus de Orto, Henricus Rosenthal, Marcus Bonus, Franciscus de Amicis, Nicolaus Intrigliolus, Ludouicus Schraderus, Petrus Nicol. Mozius, Nicolaus Baratterius, Stephanus Forcatulus.

Feudi recognitione Laurentius Syluanus d. tom. 10. tract. Doct. p. 1. fol. 70.

Feudi concessione Petr. Greg. Messinensis.

Feudi in causa quis sit iudex, Amadeus à Ponte d. tom. 10. p. 2. fol. 195.

Feudalibus seruitutis, & de Subfeudis, Andreas Kolk.

Feudis, hominis, & vasalibus Agidius Magister tom. 13. tract. Doct. p. 2. fol. 436.

Feudorum generibus, & qualitate Ioan. Thomas de Martines cod. tom. 10. p. 1. fol. 132.

Feudorum iure Guillelmus Hanneronius, cod. tom. 10. p. 1. fol. 162. Petrus Gondelinus, Hermannus Vultorius, Franciscus Hottomanus.

Feudorum visibus Martinus de Silimanis cum Balit addit. d. tom. 10. p. 1. fol. 2.

Feudorum præludia Guerinus Pisonus cod. tom. 10. p. 1. fol. 97.

Feudo

Fendorum declaratio, Petr. Rebuff. *cod. tom. 10. p. 1. fol. 299.*

Fendorum emptio, Ioan. Blanchus *cod. tom. 10. p. 1. fol. 263.*

Feudales quaestiones maioratum & meliorationum, Melchior Palath. *cod. tom. 10. p. 1. fol. 337.*

Feudale comprehensorium, Ioan. Raynaudus.

Fendorum quaestiones, Ioan. Andreas *cod. tom. 10. p. 2. fol. 42.*

Feudalium successiones, Ioseph. Cumia.

Fendo ex pacto, & providentia, & hereditario, Carolus à Kichberg.

Fendorum Speculum, Claudius Seisellius.

Feudales discursus, Iacob. Al. manus.

Feudales disputationes, Ioan. Schonerns.

Feudi reuocatione male alienati, Ioannes de Anania.

SUMMARIVM.

- 1 Feudum si dominus à vassallo recipit in pignus, abstinendo ab eius seruitio, non tenetur computare fructus in sortem.
- 2 Fructus percepti ex feudo in pignus dato non sunt in sortem computandi.
- 3 Decimam potest obligare dominus, cui illa in feudum data fuit.
- 4 Vassallus non potest feudum alienare sine consensu domini, valet tamen alienatio quando sit ipsi domino.

CAP. Insinuatione. I.

Innoc. III.

Habens in feudum ab Ecclesia possessiones, si accepta pecunia eas pignorat Episcopo eiusdem Ecclesiae, Episcopus non tenetur computare in sortem principalem fructus illius pignoris; pignorans tantum est liber à seruitio, quod Ecclesiae debebat, id est, ut fructus compensentur pro seruitio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anchar. Barbat. Panorm. Henric. Canis. Cened. collect. 36. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 194. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 437. remissum Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 16. cap. 1.

Fructibus non computatis in sortem. Probat hic text. fructus perceptos ex feudo in pignus dato non esse in sortem computandos, contra quod habetur in cap. cum contra, infra de pignoribus, cum similibus. Quare text. hic difficilis reputatur, variolque patitur intellectus. In primis gloss. in summ. in princip. 1. 4. q. 3. intellexit hunc text. contra ordinarias iuris regulas speciali Ecclesiae favore introduxisse, ut fructus pignoris in hoc casu non computarentur. Secundo loco Kop. in tract. de fructibus, tit. 4. c. 2. n. 3. Rozæ de pignorib. cap. de pactis pignorum, n. 8. Cujac. lib. 2. de feud. tit. 3. ad fin. & alij non infima classis auctores intelligunt hunc text. procedere ex conventionione inter Ecclesiam, & vassallum celebrata vt durante pignore fructus feudi Inero Ecclesiae cedant, qua conventionione stante iam ambo, Ecclesia scilicet, & vassallus consentiunt in cessione seruitiorum, quorum praetextu fructus ultra sortem ab Ecclesia retinentur. Tercio loco Cassan. in consuetud. Burgund. tit. 3. s. 2. Syluest. verbo feudum, n. 29. Nanar. in man. c. 17. n. 218. Neguzan. de pignorib. 3. p. memb. 5. n. 14.

existimant text. in presenti, procedere propter consoliditatem dominij vtilis cum directo, vassallus namque eo ipso quod feudum directo domino in pignus dedit, dominum vtile, quod in feudo habebat, in dominum transfudit, vnde nil mirum si dominus durante pignore utrumque dominium retineat; fructusque rerum feudaliū in solidum tanquam ex re propria lucretur. Quarto loco Couar. lib. var. c. 1. n. 4. textum intelligit casu quo fructus non excedunt seruitium, quod feudatario remittitur, sequitur Valasc. de iure emphyt. q. 38. n. 29. Tandem aliqui ex Theologis, quos refert & sequitur Molin. de iustit. tract. 2. disp. 329. reuertuntur ad pactum & conventionem celebratam inter dominum & vassallum, quo tempore res in feudum tradita fuit, ut quemadmodum deducitur in pactum quod per alienationem feudi vassallus vtile dominium admitteret, & ad proprietarium rediret, sic feudum in proposito sub illa conditione institui potuisset, quod si res feudalis aliquando proprietario in pignus traderetur, illius fructus ad eum pertinerent, nec illos in sortem computare teneretur, dummodo pensionem pro illo tempore quoque remitteret. Qui quidem intellectus vel litera textus non conueniunt, vel diuiniunt, aut ex alio capite placere non possunt, in quibus refutandis non immoror ne longior fiam; quare dicendum, ideo in hoc text. ex communi Doctorum sententia, fructus non computari in sortem, quia feudum datur propter seruitia, & sine plures, sine pauciores ex eo fructus percipiat vassallus, qui feudum acceptat, ad seruitia se obligat, quorum seruitiorum merces sunt fructus illi, adeo ut seruitia cessent ob impotentiam feudatarij, vel ob aliam causam, feudum omnino cessat, & ideo resolendum est dominium, cui res feudalis in pignus data fuit, non teneri integros illius fructus in sortem principalem computare quandiu vassallus à seruitio cessare voluerit, cum non ratione mutui, aut dilatae solutionis, sed cessantium seruitiorum ipsos percipiat. Vide tamen Couar. lib. 3. variar. c. 1. n. 4. Tirac. in l. si vnquam, verbo donatione, num. 61. Franc. Garc. de contract. p. 2. c. 16. vers. est quarta obligacion, Cened. ad Decret. collect. 6. n. 2. Azor. in iustit. moral. p. 3. lib. 7. c. 8. vers. secunda causa, Lara in l. si quis à liberis, §. si quis his, n. 294. cum seq. ff. de liberis agnoscend. Sot. lib. 6. de iustit. q. 1. art. 2. vers. exurgit autem, Ludou. Lopez in instr. conscientie, p. 2. c. 68. ex col. 551. vers. secundo dicimus, Mich. Palac. de contract. lib. 4. cap. 5. pag. 288. vers. decima conclusio, Franc. Garc. in lib. de contract. part. 2. c. 16. ex vers. est quarta obligacion, pag. 481. cum seqq. Perez. ad rubr. tit. 2. vers. & quamvis in re debita, lib. 8. Ordin. pag. 18. Petr. Nanar. de restit. tom. 2. lib. 3. c. 2. ex n. 370. Valasc. de iure emphyt. q. 38. num. 29. Gemin. de vsuris commentum 3. §. 6. n. 148. Cald. Pereira de extinc. emphyt. c. 5. n. 53. Valer. Reginald. in praxi fori ponit lib. 2. §. 316. Cur. Phillip. p. 2. lib. 2. c. 1. n. 8. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 323.

Amplia primò supradictam textus conclusionem, vt procedat etiam in emphyteusi, quam si colonus directo domino in pignus dederit, dominus fructus illius interim recipiet in sortem non computandos, quandiu emphyteuta à solutione pensionis cessauerit, in cuius compensationem fructus domino cedunt, vt post Abb. n. 4. Imol. n. 8. & alios in presenti, resoluant Cou. lib. 3. var. c. 1. n. 4. Nau. de c. 17. num. 218. Valasc. d. q. 38. n. 29. Valer. de differ. inter vtrumque forum, verbo vsura, differ. 15. Quae amplia ad hunc text. licet communiter recepta sit, & in indicando sequenda, in rigore tamen disputationis dubia videtur, quia in feudo pro seruitio quasi pro mercede laboris fructus dantur, at verò in emphyteusi pensio in recognitionem vtilis dominij persoluitur, vnde quamvis emphyteuta pensio

pensionem non soluat, non poterit dominus integros fructus retinere cum pensioni non correspondeant, & ita contraria opinio defendi potest, quam tenent Bero. in c. in fine, de usuris, Conrad. de contract. q. 32. tunc.

Amplia secundum, ut procedat etiam ubi usufructus alienus rei proprietario in pignus datur, ut notant Abb. in cap. conquestus, n. 4. de usuris. Neguzant. de pignori. p. 5. memb. 5. n. 13. quam tamen ampliationem merito reprehendit Con. ubi sup. cum usufructuarius neque servitium, nec pensionem proprietario iure communi attento reddere teneatur.

Limita tamen ut procedat solum in fructibus feudis, non vero ubi vassallus meliorationes fecit, & expensas, quia quamvis illa fructuum pars, quae iuxta viri boni arbitrium proportionabiliter servitiis respondet durante pignore, illis cessantibus ad dominum pertineat, illa tamen, quae meliorationibus, aut expensis correspondet, in sortem principalem necessarii computari debet, alias usura committitur; quicquid contradicat Sot. de iustit. lib. 6. q. 1. art. 2. cui non favent generalia verba huius text. agit enim de feudo proprio, & ordinario pro fidelitate, & servitiis concessio, prout frequentius concedi solet, nam si pecunia interveniat, iam feudum erit extraordinarium, iuxta c. 1. in fin. feudo dato in vic. leg. commis. docet post alios Roman. cons. 4. 1. n. 2. lib. 4.

Limita tandem ut non procedat in feudo franco, cuius fructus dominus durante pignore in sortem computare tenetur, ut post Butr. Zabarel. & alios dicit communem Sicul. hic num. 2. & Sylvest. verbo feudum, num. 30.

At potest liberè detineri. Notatur ad hoc, quod dominus à quo decima in feudum data est, potest illam obligare, ut per Viuian. decis. 4. n. 74. & decis. 50. n. 73. quem refert Camil. Borrel. in summa omnium decis. tit. 19. de decimis, n. 98.

Notatur etiam ad hoc, quod vassallus non potest feudum alienare consensu domini, tamen valet alienatio quando fit ipsi domino, ut per Surd. de alimentis, tit. 9. q. 1. n. 21.

S V M M A R I U M.

1. Episcopus tribus casibus de quibus hic potest, non obstante iuramento de non infeudando antiquum feudum ad Ecclesiam reuersum nouo vassallo concedere.
2. Iuramentum de non alienando sine Papa licentia non continet solita alienari, quae inconsulto etiam Papa alienantur.
3. Emphyteuticari, vel infeudari res consueta, potest iterum concedi in emphyteusim sine solemnitate.
4. Bona in emphyteusim concedi solita, ut dicantur sufficit vnica concessio, & esse elapsos 40. annos.
5. Bona sufficit quod sint solita venire in diuisionem, ut in futurum diuidi debeant.
6. Bona Ecclesiastica semel concessa in emphyteusim possunt in posterum concedi.
7. Verbum, redire, indicat ipso iure.
8. Verbum, liberè, importat idem, quod sine alicuius impedimento, & contradictione.

CAP. Ex parte. II. & fin.

1. Episcopus, non obstante iuramento de non infeudando inconsulto Papa poterit primo infeudare Barbof. Collect. Tom. I.

si mortuo vassallo feudum reuertitur ad Ecclesiam: secundo vassallo feudum alienante, Episcopus potest de feudo inuestire eius filium, & consanguineum, confortem eiusdem feudi: tertio si Episcopus feudum alienatum facile per se recuperare non potest, tunc poterit infeudare alicui laico, qui illud recuperet, & ab Ecclesia cognoscat, & per quem Ecclesia valeat illud rehabere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Boich. Barbat. Panorm. Guid. Papae, Henric. Canil. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontifici, pag. 194. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 437. remissum Ximen in concord. p. 1. refertur ab Ant. Angult. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 16. c. 2.

Ex hoc text. DD. praecipuum notabile colligunt, posse scilicet Praelatum non obstante iuramento de non infeudando nouo vassallo antiquum feudum abique periurij metu concedere in tribus casibus hic expressis, de quo post Ordinarios in presenti, & in cap. vi. super, de rebus Ecclesiae non alienand. & in cap. vi. de Eccles. adif. & in c. per tuas, de donat. late Feudista in c. 1. de his, qui feudum dare poss. & in c. 1. in princip. per quos fiat inuest. docent Guid. Papae decis. 154. lal. in l. ea lege, n. 23. ff. de verbor. obligat. Nauar. de alienat. rerum Eccles. a n. 11. & conf. 11. n. 2. sub tit. de rebus Eccles. non alien. Gregor. Lopez. l. 3. gloss. 4. tit. 26. p. 1. & l. 10. gloss. 1. eod. tit.

Non infeudare de nouo. Vtrum omnes solemnitates requirantur in renouatione contractus feudalis, aut emphyteutici, quae in prima eorum concessione requirebantur? videndus est Gam. decis. 24. n. 1. & decis. 161. n. 2. Gutier. lib. 3. pract. q. 75. n. 5. Matien. l. 1. tit. 4. gloss. 10. n. 23. lib. 5. noua recap. Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 14. Flores ad Gam. decis. 24. de quo late in collect. ad c. potuit, de locato, n. 161.

Ipsius filium, aut consanguineum. An finito feudo, aut emphyteusi filiis & consanguineis primi vassalli renouatio facienda sit, tradunt DD. hic, & in c. ad aures, de rebus Eccles. resoluunt post alios Cald. Pereira de renouat. q. 8. n. 1. & q. 9. n. 5. Clar. §. emphyteusi, q. 43. Gam. Lustr. decis. 41. Valasc. d. q. 38. n. 17.

In text. ibi, Quod pro te facile recuperare non potes. Vtrum Praelatus feudum à laicis iniuste detentum, quod facile ab ipsis recuperare nequit, laicis in feudum dare possit, ultra scribentes in presenti, & in cap. prohibemus, de decim. tradunt Curt. de feudis, p. 2. q. 3. Clar. §. feudum, q. 13. n. 2.

Quamvis iuramento tenearis astrictus, &c. Notatur ad hoc, quod iuramentum de non alienando sine Papa licentia non continet solita alienari, quae inconsulto etiam Papa alienantur, nec impossibilia quoquomodo reputantur, ut per Gutier. de iuram. confirm. p. 1. c. 52. n. 4. Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 11. n. 30. Nauar. in tract. de alienat. rerum Eccles. n. 11.

Notatur etiam ad hoc, quod res consueta emphyteuticari, vel infeudari, potest iterum concedi in emphyteusim sine solemnitate, ut per Menoch. de arbit. casu 81. n. 5. cum seqq. & consil. 66. n. 31. & consil. 79. n. 1. cum seqq. & consil. 90. n. 22. nouissime Camil. Borrel. in summa decis. tit. 33. n. 129. cum seqq. Aloyl. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 125. Rot. Bonon. decis. 133. n. 7. & 8. Gam. decis. 24. & decis. 36. n. 6. Stephan. Quarant. in summa Bullarum, verbo alienatio rerum Eccles. n. 39. & 40. pag. 29. Prax. Episcop. p. 1. verbo alienatio, §. 3. pag. 11. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 6. n. 194. plures Doctores ex antiquioribus refert Cened. ad Sextum collect. 32. n. 3. Ceual. tom. 4. q. 897. à n. 899. Phœbus decis. 82. n. 34. Ut bona in emphyteusim concedi solita dicantur, sufficit vnica concessio, & esse elapsos quadraginta annos, ex lal. cōf. 155. col. 2. vers. quarto facit, lib. 2.

P Deci.

Deci. *conf.* 142. *num.* 4. Balb. *de praescript.* 1. *part.* 5. *princ.* *quest.* 20. Afflic. *decis.* 305. *mon.* 10. Clar. *§. feudum*, *quest.* 13. *num.* 4. Ruin. *conf.* 35. *num.* 30. *lib.* 1. Cephal. *conf.* 155. *num.* 30. *lib.* 2. Rebuff. *de rebus Ecclesie non alienandis*, *num.* 33. Cavalcan. *decis.* 30. *n. 3.* & *decis.* 31. *n. 56.* & 93. Gam. *decis.* 342. *num.* 4. Borrel. *d. rit.* 33. *num.* 135. Seraph. *decis.* 434. & *decis.* 145. *n. 3.* & *decis.* 1460. Rot. *decis.* 160. *n. 5. p. 2. diuers.* & fuit dictum in Romana domus 13. Ianuar. 1586. coram Card. Blanchetto, & in Vlixbonen. *pradij* 24. Ianuar. 1603. coram Reuerendiss. Attrebaten. & in Nucerna *pradij* 24. Maij 1624. coram R. P. D. Metlino statim in *princ.* Et etiam sufficit quod bona sint solita venire in diuisionem, vt in futurum etiam diuidi debeant. Vide Palat. in *repet. c. per vestras*, de donat. inter *virum*, §. 18. *n. 37.* Pelacz de maioratu. *p. 4. q. 20. num. ult.*

6 Molin. *de primog. lib.* 2. *c. 6. n. 26.* Et bona Ecclesiastica semel concessa in emphyteusim possunt in posterum concedi resoluunt Gam. *Lusitan. decis.* ult. *n. 4.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q. 16 mon.* 71. quia Praelatus licet non possit de nouo inuestire, potest tamen renouare inuestituram, Afflic. in *cap. 1. num. 11.* Barbat. *conf.* 19. *col. 1.* Iaf. *conf.* 222. *vol. 1. n. 1.* Socin. *sen. conf.* 52. *col. 5. vol. 1.* Nam quando res fuit semel alienata cum debitis solemnitatibus, videtur ex tunc statutum, & ordinatum, quasi in vim illius primae alienationis, quod de cetero res possit alienari, & propterea quando reuertitur ad dominum directum, & de nouo alienatur, in hoc dicitur executioni demandari antiqua alienatio, Curt. iun. *de feudis*, in 2. *part. q. 1. col. 2. vers. quarto me mouet*, Rota *decis.* 360. *num. 12. p. 1. diuers.* & *decis.* 622. *n. 20. lib. 3. p. 1. etiam diuers.* Neque in renouatione infeudationis interuenire debent illae solemnitates, quae requiruntur in alienatione rei Ecclesiae, Clar. *§. feudum*, *q. 13. n. 5.* Ruin. *conf.* 141. *n. 2.* & *conf.* 161. *n. 3. vol. 1.* Rimin. iun. *conf.* 233. *n. 80. vol. 3.* Provt nec etiam necessariae sunt solemnitates Extraneag. *Ambrosiose*, de rebus Ecclesie non alien. quando agitur de re solita locari, Iaf. *conf.* 227. *n. 17.* & *conf.* 155. *num. 30. lib. 2.* Rot. in *Senen. pradij* 8. Octobris 1584. coram Card. Pamphilio sen. & in Romana relocationis *casalis* 16. Martij 1615. coram Card. Sacrato; attamen est necessaria utilitas, vt si reperitur maior oblatio, non tenetur Ecclesia renouare pro eodem pretio, c. tua nuper, de his quae sunt a Prel. Ant. Gabr. *commun. tit. de iure emphyt. concl.* 1. *n. 18.* Casar de Grassis *decis.* 2. *de rebus Ecclesie non alien. n. 9.* & faciunt tradita per Abb. in *c. ad aures*, *n. 4. de rebus Ecclesie non alien.* & ibi Imol. *versum nota demum*, & fuit resolutum in dict. Romana relocationis *casalis*, coram Card. Sacrato.

7 Redire.] Verbum hoc indicat ipso iure, & est latae sententiae, vt per Tiraq. in l. si unquam, verbo reuertatur, *num. 132.*

8 Liberè.] Verbum hoc idem importat quod sine alicuius impedimento, & contradictione, vt per Turzan. *rom. 2. commun. opinion. tract. de feudis*, *tit. 8. quibus ex causis feudum admittatur*, *n. 85.* Sured. *decis.* 265. *num. 3.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. quest.* 8. *num. 12.* Valasc. *consult.* 123. *num. 9.* Modern. *de iurisdict. part. 4. casu 20. num. 9.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 376.* & alios pro me citatos in tract. de dictionibus vsufrequentiorib. *dict.* 190. *n. 3.* & 8.



De Pignoribus, & aliis Cautionibus.

TIT. XXI.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabari. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Panormitan. Henric. Canis. Guillem. Durand. in *brenario iuris Canonici*, fol. 100. Petr. de Rauenna in *compendio iuris Canonici*, Ioan. de Londris in *brenario sanctorum Canonum*. Martin. Mesnart. in *epitome Decretal.* fol. 113. verso, Dan. Venator in *analysi methodica iuris Pontif.* pag. 423. Goffred. & Hostiens. in *summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in *paratilis ad quinque lib. Decret.* Barthol. Carthag. in *exposit. tit. iuris Canonici*, Zyp. in *analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat.* pag. 211. omnes sub hoc tit.

De materia tituli speciales tractatus in lucem edidit Anton. Neguzant. Auditor Rotae *rom. 6. tract. Doctor. p. 1. fol. 194.* Franc. Baldoin. *cod. rom. 6. part. 1. fol. 268.* Hugo Donel. *cod. rom. 6. p. 1. fol. 258.* Andr. Gail. Gabr. Mudaeus. Gabr. Valq. Ioan. Bapt. Schumart. enthalet, & agunt Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 7. de pignoribus*, atque hypothecis, Alex. Trentacinq. *var. res. fol. lib. 3. sub eod. tit.* Valq. in *opus. de pignorib.* Paul. Layman. in *Theolog. Moral. lib. 3. tract. 4. c. 30.*

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia res pignori non debent nisi ex necessitate, & rationabili causa.
- 2 Sacrae res non possunt pignori obligari.
- 3 Sacrae res quibus ex causis alienari, seu pignori possunt ostenditur.

CAP. Nullus Presbyter. I.

Ex Concil. Remen.

PRESBYTER non potest laicis pignorate res Ecclesiae, vt Calicem, librum, vestes, nisi iustissima urgente necessitate. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hostiens. Henric. Anchar. Panorm. Barbat. Guid. Papa. Viuian. in *ration. lib. 4. iuris Pontif.* pag. 195. Alagona in *compend. iuris Canonici*, pag. 438. remissum Ximen. in *concord. p. 2. referat ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 17. c. 1.*

Collige ex text. res sacras, quae scilicet per consecrationem, vel benedictionem in cultum diuinum Deo dicantur, non posse pignori obligari, vt per Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 2. tit. 24.* & apud Castellanos l. 7. *tit. 2. lib. 1. noue recopil.* Conar. *lib. 2. var. c. 16. n. 8.* Mozz. *de contract. tract. de pignorib. c. de rebus quae pign. num. 13.* Reb. *de obligat. institut. p. 2. lib. 16. quest. vnic. de obligat. contract. de pign. n. 4.* Azor *instit. moral. p. 3. lib. 7. c. 6. q. 4.* Valq. in *opus. de pignorib.* c. 1. §. 2. *num. 64.* Vtrum autem possint locari pro pretio, vide Vgolin. *de simon. tab. r. c. 44. §. 1. n. 3. vers. quoad primum casum.* Bonacin. in *simili tract. q. 2. n. 12.* Soar. *de Relig. rom. 1. lib. 4. de simon. c. 14. n. 25.* Filliuc. *tract. 45. c. 3. quest. 12. num. 29.*

Nisi iustissima necessitate urgente] Notatur ad hoc, quod res sacrae non aliter alienari possunt, nec pigno